



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Zenobius Ep. 25. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

nens, ex communi illius ævi sensu columna fuit sustentans orbem terrarum. Nos cum hæreamus in luto, digito tamen paramus cælum contingere. Ex Menais & Evagrio.

*Qui non potest sanguinem fundere, potest semetipsum poenitentia velo percutere, & in cordis contritione inactare. Præparetur, ad feriendum, jugulum, non deest remunerator, etsi defuerit gladius. Deest carnifex, qui cervicem exterius feriat, adest iudex, qui bonæ voluntatis præmium reddat. S. Pet. Dam. serm. 65.*

S. ZENOBIUS EP. 25. Maii.

ZENOBIUM pueritiam, vivam honestatis imaginem dicas, in quâ neque Dei oculus quidem reprehenderet: nullus ei unquam cachinnus, nullum verbum insolens excidit; neque eam venustatem insequens ætas violavit, quin corroboravit verius, ut priscae etiam sanctitatis Antistites Damasus, Ambrosius, Paulinusque ZENOBIUM suspicerent. Mirandorum ejus operum hoc juvenis specimen habeat. Florentiæ, quæ ZENOBIUM patria, & Pontificalis sedes fuit, fratres gemini è flore nobilitatis parentum indulgentiâ corrupti in proterviam, occalluerant ad sera matris imperia, non atrociam tantum dicta, sed calces etiam ingerere bene monenti ausi; quâ impietate exasperata ultra maternum morem mulier, dirâ imprecatione furias in filiorum caput incitavit. Valere vota degeneres illi extemplo infernis obsideri larvis, & impias manus à matre in sese vertere, laniare ora mordicus, & canino invicem duello grassari. Fœditas spectaculi parentis iram misericordiâ mutavit, lamentantis tantum precibus fuisse pondus nulla erat nisi in ZENOBIUM pietate spes, qui horat



25. Maii. duas affusus Cruci, furentes absolvit. Idem benefici-  
cium an. CD. XXIV. cælo receptus in agrum re-  
petivit, sed eo longè digniorem. Mater nocturnis  
ejus obsaturata querelis, potum identidem flagi-  
tanti, dæmonem simili voto propinavit, sed ZENO-  
BIUS pepulit; utinam & fœdum morem vocan-  
tium tam immanes hospites, quasi non invocati  
in nos irruerent. *Ex Surio.*

*Solenter animus ante actionis sue primordia cuncta  
debet adversa meditari, ut semper hæc cogitans semper  
contra hæc thorace patientiæ munitus, & quidquid ac-  
ciderit, superet, & quidquid non accesserit, lucrum pu-  
tet.* S. Greg. 5. Mor. c. 33.

## S. MUTIUS C. 25. Maii.

**A**Gite mortales, & vel latronem ducem ad cæ-  
lum sequimini. MUTIVS hic est, qui in appara-  
tu compilandi sacri Parthenonis somno oppressus,  
rapi ad divinum tribunal sibi visus, supplicia suis  
facinoribus parata intellexit, nisi celeri pœnitenti-  
a ipse sibi jus dixisset. MUTIVS recta ad sacratos  
profectus viros, animæ vulnerum medicinam eos  
poposcit. Tres primum ex odis Davidicis strophæ  
ei præscriptæ; quàm ad amissam cum vitam exi-  
geret, Superi postea ejus erudiendi provinciam si-  
bi depoposcerunt. In eorum contubernio expoli-  
tus, scholam denique aperuit ex latrone magister  
factus virtutis. Eum sol reveritus est, inaudito  
post Josue factum exemplo, ita cursum moderans,  
ut non antè occumberet, quàm ille tugurio disci-  
puli successisset; quem præter spem defunctum  
cum in venisset, rogavit familiariter, an redire in  
vitam vellet. Abnuentem valere jussit, & tumu-  
lo composuit; quod ille officium tam studiosè  
suis